UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Schola Canonica Seu Universum Jus Canonicum Nova Methodo Digestum

Continens Librum Tertium Decretalium. Librum Quartum Decretalium. Librum Quintum Decretalium.

Sannig, Bernhard

Nürnberg, Anno MDCXCII.

Cap. I. De Quidditate homicidii in genere, ejusque devisione, & requisitis ad pœnam injusti homicidii incurrendam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98793

Visual Library

7. Nota quintò: ut aliquod homicidium voluntarium reputetur injustum, illicitéque factum, & dignum ut incurrantur pœnæ statutæ contra voluntarios injustos homicidas, requiruntur sequentia duo. *Primò* ut sit patratum cum expressa directa ac spontanea voluntate occidendi, ita ut per eam mors ipsa in se fuerit intenta; vel saltem in sua causa proxima & infallibiliter illativa talis mortis: Et hoc requisitum homicidii injusti constat ex *cap. 1. hoc tit.* ibi *per industriam; & per insidias &c.* Et ex *cap sicut 6. eod.* ibi, *qui animo occidendi &c. Secundò* requiritur, ut mors ipsa in effectu sit secuta; & non sufficit sola interna volitio de ea inferenda. Ratio est; qui est regula generalis hìc, quòd pœnæ à Jure statutæ, non incurrantur, nisi delicta sint consummata, id est, in effectum externum deducta; cum in pœnis alias mitior sit faciendа interpretatio, uti habet *regula 49. Juris in 6.*

CAP. II.

De pœnis à Jure statutis contra homicidas voluntarios injustos & de variis speciebus eorum.

1. NOta primò: secundum Jus Canonicum homicida voluntarius injustus, si laicus sit, excommunicandus est; uti habetur *can. itaque 20. caus. 24. q. 3.* Si verò Clericus sit, deponendus est ab omni ordine & officio; non tamen privandus communione, *can. Presbyter 12. dist. 81.* Et *cap. Cùm non ab homine 10. de Judic.* Et *cap. si quis 1. hoc tit.* Idem Clericus secutâ depositione in arctum carcerem detrudendus est, ad agendam ibidem pœnitentiam, *cap. Tuæ 6. de pœnis.* Et quidem saltèm ad septennium, vel quinquennium, *cap. Sicut dignum 6. hoc tit.* Similiter idem Clericus privandus est omni beneficio Ecclesiastico, per Sententiam Judicis, *cap. Clerici 5. ne Clerici, vel Monachi &c.* Et *cap. Ex literis 10. de excessib. Prælat.* Præterea Jure Canonico homicida voluntarius injustus efficitur irregularis; manetq; salis, etiam peractâ pœnitentiâ, *cap. Inquisitionis 21. de accus.*

2. Nota secundò: quivis homicida voluntarius injustus privatur successione ejus, quem occidit; sive hæreditas ab intestato, sive ex testamento ad eum alias devolvatur: nam in casu Homicidii voluntarii injusti Fisco hæreditatem occisi tollit ab homicida olim deportabatur in insulam, & jusque bona confiscabantur, *L. 3. ad Leg. Cornel. de Siccar.* Hodie vero plectitur pœnâ mortis, *§. item Lex Cornelia, Instit. de public. Judic.* & procedit hæc pœna Jure communi tam contra homicidam nobilem, quàm ignobilem; uti habet Clarus, Pirh. &c, Gaca alterum articulum hujus cap.

3. Nota tertiò: Varias posse constituderari sortes homicidarum, de quibus dubium potest oriri. Et primo Homicida voluntarius censendus & consequenter irregularis effectis, qui dat causam illi morti, primo post longum temporis spatium sequitur; v. g. qui præbet aconitum venenum, quod enecat post medium annum. Ratio est; quia qui dat causam damni, damnum dare videtur, *L. qui occidit 30. §. ad Leg. Aquil. Secundo*, formalis homicida justus homicida, ac incurrens irregularitatem reputatur is, qui procurat abortum animatum fœminæ pregnantis *cap. Sicut 20. hoc tit.* Qui verò procurat abortum fœtûs nondum animati, non censetur homicida formalis; nec consequenter irregularis, *can. quod verò 8.* Et *can. seq. caus. 32. q. 2.* Uti & is, qui poculum feritatis viro, vel fœminæ dedit; vel alio modò fœcunditatem abstulit, uti matat Farin. Quamvis talis *per cap. de liquis 5. hoc tit.* interpretatius homicida reputetur; seu instar homicidæ, quoad rationem delicti; non autem incursionem pœnæ. *Tertiò*, reputatur quoque effectu secuto homicida formalis injustus, & irregularis, qui mandat, ut cædes alicui inferatur; nam quod quis facit per alium, perinde est, ac si faciat per se ipsum, secundum *reg. Juris Can. 72. in 6.* aliam Juris Civilis; nihil interest, cidat quis, an causam mortis præbeat *L. nihil 15. ff. ad Leg. Corn. de Sicc. Quòd*, sed & is, qui mandat aliquid verbe-

TITULUS XII.

De homicidio voluntario; vel casuali.

CAP. I.

De quidditâte homicidii in genere ejusque divisione & requisitis ad pœnam injusti homicidii incurrendam.

1. NOta primò: in *super tit.* actum fuit de aliquibus speciebus homicidii; nunc Papa de eodem in genere proponit *hunc tit.* Derivatur autem ly *homicidium* ab *hominis cæde.* Circa hoc

2. Dico primò: rectè describitur homicidium in genere, quòd *sit violentia occisio, seu cædes hominis ab homine facta.* Ita constat ex *can. si homicidium 41. caus. 23. q. 5.* Ly *occisio*, seu *cædes* ponitur locò generis; reliqua locò differentiæ.

3. Nota secundò: homicidium corporale, de quo *h. t.* primò dividitur in voluntarium, & involuntarium seu casuale. *Voluntarium* est, quod dolo malo & animo occidendi quoquo modo perpetratur, *L 1. ff. ad L. Corn. de sicariis.* sub hoc comprehenduntur homicidia facta tum aperto marte, tum insidiis tum authoritate Judicis, tum veneficiò, tum pharmacò, tum aliò quòcunque modò; ut notat Vallen. *Involuntarium*, seu *Casuale* est, quod casu fit, & præter intentionem agentis, ita ut nec in se, nec in causa sit volitum. De hoc procedit *cap. 7.* Et *cap. 13.* Et *alia sequentia, hoc tit.* talia sunt mortes secutæ ex vulneribus non lethalibus inflictis; sed causatæ malitiâ Medici; vel negligentia & temeritate læsi, remedia opportuna non adhibentis; ut notat Vallens.

4. Nota tertiò: homicidium voluntarium subdividitur in licitum seu justum; & in illicitum, seu injustum. *Primum* habetur, quod perficitur justâ causa; tale est decollatio latronis, v. g. legitimè facta à Judice. *Secundum* habetur, quando quis alterum occidit sinè causa: talis est occisio insontis facta à latrone. Ultimum rursus subdividitur in *voluntarium directè*; tale committitur, dum quis expressè intendit occidere hominem. Et *voluntarium indirectè*, seu in causa, quando quis non intendit directè mactare, tale fit, si quis poculum venenosum alicui præbeat, ex cujus bibitione moraliter sequitur ejus mors, quamvis ea non intendatur à præbente. Demum homicidium voluntarium justum aliud est *necessarium ac* defensivum; tale fit, dum quis alterum occidit ad defensionem necessariam sui, de quo *cap. 2. hoc tit.* Aliud *punitivum*, quod fit publica authoritate Judicis, seu Magistrat', ad punienda crimina atrocia.

5. Dico secundò: homicidium necessarium defensivum est justum, licitum & permissum, si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ; similiter punitivum. Ita communis DD. Primum constat ex *cap. 2.* Et *L. 2. & 3. & 4. C. ad Leg. Cornel. de siccariis.* Estque Ratio; quia vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, *cap. Significasti 17. hoc tit.* Et *L. 3. ff. de just. & Jur.* secundum constat ex *can. quid culpatur, caus. 23. q. 1.* Et quia homicidium necessarium punitivum certorum criminosorum conducit ad tranquillitatem & bonum universale Reipublicæ.

6. Nota quartò: censetur autem homicidium necessarium defensivum fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando ita perficitur, ut occidens non excedat limites defensionis; seu si non occidat ad vindictam sumendam; sed duntaxat ad injuriam propulsandam, ac vim arcendam, dum non suppetit alia via evadendi, *cap. 2. hoc tit.* tali modo censetur fieri occisio, dum viator latronem se invadentem occidit; aut miles aggredientem hostem, *can. Cum homò, caus. 13. q. 5.* Item dum fur nocturnus armatus ingrediens domum mactatur; quia ignoratur an furandi, vel an mactandi animò ingrediatur, *cap. 3. hoc tit.* Circa ultimum articulum hujus c.